



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. VIII. Iuris ciuilis testimonijs docetur in Republica religionem seriò
colendam esse.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

CAPVT VIII.

Iuris ciuiliſ teſtimoniis docetur in Republica religionem ſerio colendam eſſe.

Religio ſit quam D. Petrus do- cuit. §. 1. **I**mp. Gratian. Valentin. Theod. Cunctos populos quos clementia noſtra regit imperium, in tali volumus religione verſari, quam diuim Petrum Apoſtolum tradiſſe Romanis, religio uſque adhuc ab ipſo inſinuata declarat, quāque pontificem Damasum ſequi claret, & Petrum Alexandria Episcopum uirum Apoſtolica ſanctitatis: hoc eſt, ut ſecundum Apoſtolicam diſciplinam, euangelicamque doctrinam, patris & filij & Spiritus ſancti vnam Deitatem ſub pari maiestate & ſub pia trinitate credamus.

§. 2. Nec modo iidem ita ſentiunt, ſed ſuas ipſi leges, ſi quæ contra religionem obreperint, lubentes, atque vltro abrogant, ad Eutropium præfectum prætorio. Nullus hereticis miniſteriorum locus, nulla ad exercendam animi obſtinatioris dementiam pateat occasio. Sciant omnes, etiam ſi quid ſpeciali quolibet reſcripto per fraudem elicit, ab huiusmodi hominum genere imperator ſumſit, non valere. Arceantur cunctorum hereticorum ab illicitis congregationibus turba. vnius autem ſummi Dei nomen vbique celebretur. Nicene ſidei dudum à maioribus tradita, & diuine religionis teſtimonio atque adſertione firmata obſeruantia ſemper manſura teneat.

Optima omnino fide Marcianus Palladia præfect. prætor. Nemo clericus, vel militaris, vel alterius cuiuſlibet conditionis, de ſide Chriſtiana, publice turbis coadunatis & audientibus tractare conetur in poſterum, ex hoc tumultus & perſidia occaſionem requirens. Nam & iniuriam facit iudicio reuerendiſſimæ Synodi, ſi quis ſemel radicata ac recte diſpoſita reuoluere & publice diſputare contenderit: cum ea, quæ nunc de Chriſtiana ſide à ſacerdotibus, qui Chalcedone conuenerunt, per noſtra præcepta ſtatuta ſunt, iuxta Apoſtolicas expoſitiones, ut inſtituta ſanctorum patrum trecentorum decem & octo in Nicæa, & centum quinquaginta in hac regia vrbe definita eſſe noſcantur.

Iuſtinianus vero: Omnem adhibentes prouidentiam circa ſanctiſſimas Eccleſias in honorem, & gloriam ſanctæ & incorruptæ homouſiæ Trinitatis, per quam & nos & communem rem publicam ſaluos fore credidimus, inſiſtentes etiam doctrine ſanctorum Apoſolorum, de creandis irreprehenſibilibus ſacerdotibus, qui quidem ob id poſitiſſimum ordinantur, ut ſuis præciſis benignitatem humaniſſimi Dei rebus adquirant communibus, præſenti lege facimus.

Et ad Epiphanium: Omnem ſemper adhibentes prouidentiam circa ſanctiſſimas Eccleſias: per quas & noſtrum imperium ſuſtineri, & communes res clementiſſimi Dei gratia muniri credidimus, nec non & noſtras & cæterorum omnium animas ſtudentes ſaluari: & eam ob rem ſolliciti aſidue, ne commoda ſanctiſſimarum Eccleſiarum, in quacunque ciuitate ſint conſtituta, aliqua ratione minuantur, neque, quæ in ipſis ſunt, diuine liturgiæ ex Deo amantiſſimorum ſacerdotum abſentia impediuntur, aut non conuenienter curentur, ac ne etiam ſanctiſſimarum Eccleſiarum conſumantur res tam propter itinerum, quam etiam commercantium huc ſacerdotum & comitantium clericorum impenſas.

Et ad Ioannem præf. prætor. Deo nobis auxilium præbente, omnia, quæ pro honore ſanctæ Eccleſiæ Catholice ad Dei placitum fieri properamus, legibus conſtituere, & operibus adimplere deſideramus. Et tam quidem multa cum eius auxilio ſtatimus, quæ Eccleſiaſtica doctrine atque ſtatu conueniunt.

Egregie hoc expoſuit inſignis legum lator Iuſtinianus Nouell. Conſtit. 137. Si ciuiles leges, quarum potestatem nobis Deus pro ſua in homines benignitate credidit, leges ciuiles ſeruat ab omnibus cuſtodiri ad obedientiam ſecuritatemque obſeruandam ſtudent, quanto plus ſtudio adhibere debemus circa ſacro-

rum canonum & diuinarum legum cuſtodiam, quæ ſuper ſalute noſtrarum animarum definite ſunt? qui enim ſacros canones cuſtodunt, Domini Dei adiutorio digni ſunt: qui autem eos tranſgrediuntur, ipſi ſemetipſos iudicio reddunt obnoxios. Maiori igitur condemnationi ſubiacent ſanctiſſimi Episcopi, quibus conceditur & commiſſum eſt & canones inquirere & conſeruare, ſi quod eorum prætermiſſum fuerit, indemnatum atque impunitum reliquerint. Sane cum hæcenus canones obſeruati non recte fuerint, diuerſas ex eo paſſi ſumus interpellationes contra Clericos & Monachos, & quosdam Episcopos, ut qui ſecundum diuinos canones non viderent, & quidam etiam inter eos inuenirentur qui nec ipſam quidem vel ſanctæ oblationis vel ſancti baptiſmatis orationem tenerent aut ſcirent. Dei igitur intelligentes, & animo inſigentes iudicium ſingulorum qua nobis delata ſunt, inquisitionem ſimul & correctionem inſimus canonice procedere. Si enim illa quæ à laicis peccantur, generales leges non concedunt extra inquisitionem & vindictam manere, quomodo à ſanctis Apoſtoliſ & patribus ſuper omnium hominum ſalutem canonice ſtatuta deſpiciantur? ſane multos ex eo maxime deprehendimus in peccata fuiſſe prolapſos, quod non ſunt facta ſynodi ſanctiſſimorum ſacerdotum iuxta ea quæ à ſanctis Apoſtoliſ & patribus definita ſunt. Si enim hoc fuiſſet obſeruatum, quid obmetuens grauem in Synodo accuſationem, ſtudiſſet vtrique & ſacras edificare liturgias, & temperanter videre, ne condemnationi diuinarum canonum ſubiaceret. Illud quoque nihilominus quibusdam peccandi occaſio fuit, quod abſque examinatione, & rectæ ſidei atque honeſtatis vitæ teſtimonio ordinantur Episcopi, preſbyteri, diaconi, & cæteri clerici. Nam ſi ad orandum pro populo deſtinati, indigni diuino miniſterio inueniantur, quomodo pro tranſgreſſionibus & delictis populi Deum propitiare poterunt? Plane ordinationes ſacerdotum cum omni diligentia & rigore fieri oportere docet nos & qui inter ſanctos cenſetur Gregorius Theologus, ſequens ſanctos Apoſtoliſ, & diuinos canones. Sic enim in magno Apologetico. Quis autem (inquit) ſecundum Pauli canones & definitiones ſeipſum dirigens, quas de Episcopis & preſbyteris conſtituit, ut ſicci ſue ſobrii ſint, modeſti non vinolenti, non percuſſores, ad docendum idonei, irreprehenſibiles in omnibus, non conuerſantes malis: non multum aberrare ſe inueniet ab illa canonum rectitudine? Idemque rurſum loquitur in hac verba: Mundari (inquit) oportet plurimum, ac deinde mundare: ſapere ac deinde ſapientia docere: lucem fieri, & poſtea illuminare. pro pinquari Deo, tunc alios adducere: ſanctificari tum ſanctificare: manuducere cum manibus conſultare cū conſilio. Et rurſus idem ſanctis connumeratus Gregorius, de iſdem in eadem oratione iſtud ſcribit: Quis inſtar ſiguli vno ipſo die ſicilia ſua tornantis, ita repente ſingat veri cultus antiſitem, cum angelis ſtantem, & cum Archangelis laudes canentem, & Chriſto conſanctificantem? Et per hæc quidem indicat ille Theologus qualeſnam oporteat ad ſacerdotium promoueri. De his autem qui ordinantur indigni, idem hæc dicit in eadem oratione. Qui O Deus, his cum nihil (inquit) ad ſacrum Dei altare & ſacerdotium attulerint, nec in virtute & pulchro prius inſudarint & elaborarint, ſimul diſcipuli & præceptores pietatis offenduntur: & priusquam purgati ſint, purgant, heri ſacrilegi, hodie ſacerdotes: heri extra ſacra, hodie præſulis myſteriorum: veteratores malitia, nouitii pietate: qui ſunt opus atque fabrica humana gratia, non Spiritus ſancti. Quod autem diuini canones præhibent clericos eſſe, qui ſecundum uxorem duxerunt, & inter ſanctos Baſilius docens, ſic ait: Digamos canon miniſterio excluſit (inquit) & ex iis progenitos. Et hæc quidem ſanctus Baſilius. In tantum autem patribus ſacerdotum cura fuit, ut qui Nicæa conuenerunt, Canonem ediderint ita habentem: Interdixit per omnia magna Synodus, non Episcopo, non preſbytero, non diacono, nec alicui, omnino qui in clero eſt, licere ſubintroducendam habere mulierem, niſi forte aut matrem aut ſorem aut amicam, vel eaſ perſonas tantum qua ſuſpiciones effugiunt.

§. 3. Nec minorem verbis pietatem præfert conſtitutio Tiberii Conſtantini. Cum opera ſint qua Deo pietatis conueniant, ſimulque eundem cum humano genere ortum ſit regibus antiquis:

habeant, in supplices beneficium esse, maleficia extirpare, & quacunque subditis vitia sunt, ea & meditari & faceretum ea ipsa nos precipuum Imperatoria Maieftatis infigne esse arbitrat, ex quo Deus nobis reipub. imperium atque gubernacula dedit, nulla (vt ita loquimur) neque die neque nocte quicquam earum rerum studio antiquius cariusque habuimus.

Qui in fa-
stigio sunt
impensus
Deum co-
lant.

§. 4. Legis etiam vim obtinere debet, quod in Synodo Tolet. 3. Reccaredus rex monet. Quamuis Dominus Deus omnipotens pro vtilitatibus populorum, regni nos culmen subire tribuerit, & moderamen gentium non paucarum regia nostra cure commiserit: meminimus tamen nos mortalium conditione perstringi, nec posse felicitatem futura beatitudinis aliter promereri, nisi nos cultui verae fidei depuamus, & conditori nostro saltem confessione, qua dignus est ipse, placeamus. Pro qua re, quanto subditorum gloria regali extollitur, tanto providi esse debemus in his quae ad Deum sunt, vel nostram spem augere, vel gentibus nobis à Deo creditis consulere.

Precibus
sacerdotum
crefcit Re-
spública.

Iustinianus c. t. 4. Certissime credimus, quia sacerdotum puritas, & decus, & ad Dominum Deum & Saluatorem nostrum Iesum Christum feruor, & ab ipsis missa perpetua preces, multum fauorem nostrae reip. & incrementum praebent, per quas datur nobis & barbaros subugare, & in dominium redigere illos, quos antea non obtinuimus. & quanto plus rebus illorum accedit honestatis & decoris, tanto magis & nostram rempub. augeri credimus. Si enim hi praetulerint vitam honestam & vndique irreprehensibilem, & reliquum populum instruxerint, vt is ad illorum honestatem respiciens, multis peccatis abstinat: planum est, quod inde & animae omnibus meliores erunt, & facile nobis tribuetur à maximo Deo & Saluatore nostro I E S V C H R I S T O clementia conueniens.

Hanc ob causam tanta bonis imperatoribus cura fuit verae religionis tuendae, haereticam Iudaorum, Gentilium superstitiones abolendi, vt Episcoporum negligentiam ambitionemque, quantum in ipsis fuit, cohibere conati sint.

§. 5. Haereticos percellunt pluribus legibus Imperatores, vt offendant non posse conferuari Rempublicam in tanta religionum varietate & impiorum licentia.

Haereticis
priuilegia
ablata.

Constantin. Constans Constantius: Priuilegia quae contemplatione religionis indulta sunt, Catholicis tantum legis obseruatoribus prodesse oportet. Haereticos non solum ab his priuilegiis alienos esse volumus, sed etiam diuersis muneribus confringi & subici.

Docere ve-
rantur.

Gratian. Valentin. & Valens aaa. Omnes verita legibus diuinis & imperialibus constitutionibus haereses perpetuo quiescant. Nemo ulterius conetur, quae repererit profana praecpta vel docere, vel discere. Nec antistes eorundem audeant fidem insinuare, quam non habent: nec ministros creare, qui non sunt. Nec per conuentum iudicantium, omniumque, quibus per constitutiones paternas super hoc cura mandata est, eiusmodi audacia negligatur. & crescat, Haereticorum autem vocabulo continentur, & latius aduersus eos sanctionibus succumbere debent, qui vel leui argumento à iudicio Catholicae religionis, & tramite detecti fuerint deuicare.

Quos here-
ticos leges
perstringat.

Et deinde: Ariani, & Macedoniani, Pneumatomachi, Apollinariani, Nouatiani, seu Sebastiani, Eunomiani, Tetradditi, seu Tessaressedeceaditi, Valentiniani, Pauliani, Papiantisti, Montanisti, seu Priscillianisti, vel Phryges, vel Pepuzitae, Marcionisti, Barboritae, Messaliani, Euchitae, sine Enthousiastae, Donaristae, Audiani, Hydroparastae, Tascodrogitae, Batrachitae, Hermogeniani, Photiniani, Pauliniani, Marcelliani, Ophitae, Encratistae, Carpocratitae, Saccophori, & qui adimam vsque scelerum nequitiam peruenerunt Manichaei, & nusquam in Romanum locum conueniendi morandique habeant facultatem. Manichaei etiam de ciuitatibus pellendis, & ultimo supplicio tradendis; quoniam hic nihil relinquendum loci est, in quo ipsis etiam elementis fiat iniuria.

Sic t. 7. l. Curiales, Nestorianos iidem Augusti Theod. & Valentin. condemnant. Pariter etiam Marcianus, Eutyrianos, I. quicunque.

Haereticorum
defensores
infames.

§. 6. Vt vero etiam appareat, quam cordis res illa fuerit posteris imperatoribus audire constitutionem Frederici Imperatoris opera precium est. Crederentes praeterea, receptatores, defensores & fautores haereticorum damnamus, firmiter statuimus, vt si postquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus: satisfacere contempserit intra annum: ex tunc ipso iure sit infamis: nec ad publica officia, seu consilia, vel ad eligendum aliquos adhibeatur: neque ad testimonium admittatur. Sit etiam intestabilis, vt nec testandi liberam habeat facultatem, nec ad hereditatis successionem accedat. Nullus praeterea ei super quocunque negotio, sed ipse alius respondere cogatur. Quod si forte iudex exiterit: eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec causa aliqua ad eius audientiam perferatur. Si vero fuerit aduocatus: eius patrocinium nulla tenus admittatur. Si rebellio, instrumenta per ipsum confecta, nullius penitus momenti censentur.

§. 7. Quanta vero in apostatas seueritate vti sint, Testari v. codex imperatorius t. 7. demonstrat. Sic Imperatores Theod. & Valent. L. Apostatarum sacrilegum nomen singulorum vos continua accusatione incesset, & nullis finita temporibus huiusmodi criminis arceatur indagatio. Quibus quamuis praeterita interdictione sufficiant: tamen etiam illud iteramus, ne postquam à fide deuiauerint, testandi aut donandi quippiam habeant facultatem sed nec venditionis specie facere legi fraudem sinantur: totumque ab intestato Christianitatem sectantibus propinquis potissimum defera- tur. In tantum autem contra huiusmodi sacrilegia perpetuari volumus actionem: vt vniuersis ab intestato venientibus, etiam post mortem peccantis, absolutam vocem in simulationis congrua non negemus. Nec id patiemur obflare, si nihil in contestationem profano dicatur viuente productum. Sed ne huius interpretatio criminis latius in incerto vagetur errore: eos praesentibus insectamur oraculis: qui nomine Christianitatis induti, sacrificia sacrilega, vel fecerint, vel facienda mandauerint: quorum etiam post mortem comprobata perfidia, hac ratione plectenda est, vt donationibus testamentisque rescissis, hi: quibus hoc deferret legitima successio, huiusmodi personarum hereditate potiantur.

§. 8. Iudaorum quoque improbitati occurrunt. tit. 9. Iudaei & bonorum proscriptio, & perpetuo exilio damnabuntur, si nostra fidei hominum circumcidisse eos, vel circumcidendum mandasse conserit.

Iudaeis oc-
currendum.

Et c. tit. 10. l. Iudaei seruum Christianum nec comparare debet, nec largitatis, vel alio quocunque titulo conseruetur. Quod si aliquis Iudaorum mancipium vel Christianum habuerit, vel secta alterius seu nationis crediderit ex quacunque causa possidendum & id circumcididerit: non solum mancipij damno mulctetur, verum etiam capitali sententia puniatur, ipso seruo pro premio libertate donando.

Iudaei ne
habeant mā-
cipiū Chri-
stianum.

§. 9. Paganorum quoque impietatem vsu & viribus praualidam legibus & poenis ingentibus impugnarunt, praesertimque.

Sic Imperator Constantius: Placuit omnibus locis atque vrribus vniuersis claudi protinus templa, & accessu v. rito omnibus licentiam delinquendi perditis adnegari. Volumus etiam cunctos sacrificijs abstinerere. Quod si aliquid forte huiusmodi perpetuerint, gladio vltore sternantur. facultates etiam preempti fisco decernimus vindicari: & similiter puniri rectores provinciarum, si facinora vindicare neglexerint.

Templa pa-
ganorum
claudenda.

Et Imper. Valent. & Mart. Nemo venerandi adorandique animo delubra, quae olim iam clausa sunt, referat. Absit à seculo nostro infandis execrandisque simulacris honorem pristinum reddi, redimifertis templorum impios postes, profanos aris accendi ignes, adoleri in hisdam thura, victimas e di. pateris vina libari, & religionis loco existimari sacrilegium. Quisquis autem contra hanc serenitatis nostrae sanctionem,

Superstitio
tollenda.

nem, & contra interdicta sanctissimarum veterum constitutionum sacrificia exercere tentauerit: apud publicum Iudicem reus tanti facinoris legitime accusetur, & conuictus proscriptio nem omnium bonorum suorum & vltimum supplicium subeat. Confessii criminis ac ministri sacrificiorum eandem penam, que in illum fuerit irrogata, sustineant: vt hac legis nostre sententia perterriti, metu pene desinant sacrificia interdicta celebrare. Quod si vir clarissimus rector prouincia post accusationem legitimam, & post crimen in cognitione conuictum, tantum scelus dissimulauerit vindicare: quinquaginta libras auri ipse Iudex, quinquaginta etiam officium eius confestim fisco nostro inferre cogatur.

Nemo ea, que sepius Pagane superstitionis hominibus interdicta sunt, audeat percontare, sciens, quod crimen publicum committit, qui hac ausus fuerit perpetrare. In tantum autem huiusmodi facinora volumus esse rescanda, vt etiam si in alieno pradio vel domo aliquid tale perpetraretur, scientibus videlicet Dominis pradium quidem vel domus sanctissimis iuribus etiam addicuntur: Domini vero pro hoc solo, quod scientes consenserint sua loca talibus contaminari sceleribus, siquidem dignitate vel militia quadam decorantur, amissione militie vel dignitatis, nec non rerum suarum proscriptio ne plectuntur: priuata vero conditio vel plebeia constituti, post cruciatus corporis, operibus metallorum, aut perpetuo deputantur exilio.

Si quid datum fuerit aut relictum locis, aut personis, aut ad constructionem Pagani erroris: vrbs illud accipiet, in qua persone habitant, aut sub qua loca subiacent, at expenduntur ad similitudinem imperialis redituum. Paganorum autem impietates puniunt presides: & qua super suam potestatem erunt, referunt imperatori.

Qui post sanctum baptismum in errore paganorum manent, vltimo supplicio plectuntur. Qui vero nondum sunt baptizati: ipsi cum liberis & coniugibus, & omnibus suis perducant se ad sanctas Ecclesias: vt suos paruulos liberos sine mora baptizari curent: maiores vero prius scripturas secundum canones doceantur. Si vero propter militiam, vel dignitatem, vel sacculares habendas, fingant baptizari, & liberos aut coniuges ipsorum, aut domesticos suos in errore reliquerint, & eos, qui sibi attinent, & necessitudine iuncti sunt: publicantur & competenter plectuntur, & rempublicam non attingunt. Si vero non sint baptizati: nec participes erunt in vlla parte reipublice, neque Domini erunt rerum mobilium vel immobilium, sed sicut ipsas vindicabit, & congrue punientur, & exulabunt. Si autem apparuerint sacrificantes, aut idololatras, vt Manichei: puniuntur. Non docent autem Pagani qualemcumque doctrinam, neque publica fruuntur annona, nec secundum sacram quidem formam.

Hec omnia eo diriguntur, vt cum omnes pietatem praeferunt, vera inducitur, falsa aboleatur.

CAPVT IX.

Iudicio hominum impiorum omnem priuatam & publicam felicitatem a virtute esse.

Impij pro pietate testimonium dicunt.

Impij indies perire se sentiunt.

§. I. Tanta est causae fiducia, vt aduersario arbitrium deferam, dicat ille pro nobis contra se testimonium, non potest causa mala videri cui ex aduersis castris praebetur auxilium. Ob laesam pietatem suos principes ad dementia redactos, profani auctores referunt. Tibetium aspice apud Tacitum lib. 6. annal. Quid scribam vobis P. C. aut quomodo scribam, aut quid omnino non scribam hoc tempore? Di me, deaque petus perdant, quam perire quorundam sentio, si scio. Adeo facinora atque flagitia sua ipsi quoque in supplicium vertant. Neque frustra praestantissimus sapientiae firmare solitus est, si reculantur tyrannorum mentes, posse aspici lanitatus

& ictus, quando vt corpora verberibus, ita sentitia, libidine, malis consultis, animus dilaceretur.

Est enim inter omnia mala peccatorum hoc maximum, quod omne scelus sibi supplicium sit.

Plato decimo de repub. Postulo, inquit, vt exponatis, quam mercedem iustitia referat a diis & hominibus, vt & palam ab opinione, & manifesta existimatione reportet, qua cultores suos ipsa quoque decorat, postquam aperte visa est etiam ipsa suo conspectu beneficia nobis conferre, neque eos decipere, qui vere possident.

Debita postulas: Primum quidem hoc mihi reddetis, quod, qualis uterque eorum sit, & iustus & iniustus, Deos non latet. Reddimus: si Deos id non latet. Hic quidem a Deo amabitur: ille odio habebitur, id quod a principio confessi sumus. Est ita. Duorum amico omnino (quoad fieri potest) a Diis optima tribuntur, nisi quid mali ex priori delicto, & necessitate quadam imminet. Omnino: sic itaque de iusto viro existimandum est, siue paupertati, siue morbis, siue quibusvis aliis, eorum qua mala videntur, obnoxius sit: huic demum, vel viuenti, vel mortuo ad bonum aliquid ita conducere: neque enim a Diis vnquam negligitur, quicumque iustus euadere virtutisque officiis quoad homini licet Deo similis fieri conabitur, decet enim talem virum a simili non contemni. De iniusto autem contra omnino est sentiendum.

Et l. 4. de legibus, multo pluribus ea inculcat, vt mirum sit in Philosopho gentili tantam virtutis, & pietatis cognitionem floruisse.

§. 2. Eadem plane Aristoteles, cui solus sapiens felix est, & qui eam Rempublicam felicissimam proclamatur, in qua maxime virtus colitur. Quod adeo verum est, vt nec absque Dei reuerentia profint bona leges, nec vlla seruetur disciplina, ideoque necessario imperiorum ruina consequatur.

Valer. l. i. Non dubitant sacris imperia seruire. Nam a sacris imcer sui numinis vindex est Deus. Quamuis enim pene maleficiis aliquando sera, nunquam tamen irrita sunt.

§. 3. Adeo quida religiosi hinc facti sunt, vt in superstitionem desierint. Hinc Hercules simulachrum in pugnam contra Porum praefertur, Curt. l. 8. Hinc Germani effigies, & signa lucis detracta in praelium ferunt. Hinc innumera, quae sacris, & profanis historiis narrantur pietatis imitamenta.

Beas cum Priensis leges fert. Princeps (inquit) Priensis religiosus esto, & adium sacrarum summus defensor, alioqui si Deum ille non reueretur, non est quod ab eo ius se impetraturos homines sperent.

Et Xenoph. de vectig. Σὺ δὲ θεῶν ἀπολογίαν, εἰ κός ῃ ταῖς ἀρχαῖς ἀσέβειαι ἐπὶ τὸ λαὸν αἰετὶ πύλαι. Si cum Deo res inchoent, consentaneum est negocia ad vrbs vilitatem cessura.

§. 4. Quanta vero cura fuerit gentibus de religione ostedit Plutarchus l. aduersus Colotem. In legum constitutione. Primum est & maximum, de Diis opinio. Quamobrem & Lycurgus Lacedaemonios, & Numa Romanos, & Ion antiquos Athenienses, & Deucalion Graecos fere vniuersos Diis consecrarunt, votis, sacramentis, vaticiniis, omnibusque eos ob spem ac metum Diis deditos obnoxiosque reddentes. Et si Consensus terras obeas, inuenire possis vrbes muris, literis, Regibus, optibus, numismate carentes; gymnasiorum & theatrorum ne scias: vrbes templis diisque carentem, quae precibus, iurando, oraculo non vtatur, non bonorum causa sacrificet, non mala sacris auertere nitatur, nemo vnquam vidit. Sed facilius vrbes condi sine solo puto, quam opinione de Diis penitus sublata ciuitatem coire aut constare.

Itaque & recte Paginianus. Summa ratio est, inquit, quae pro religione facit. Sociates ad Regem Nicoclem. Religionem, ait, quam a maioribus accepisti, conserva: solemneque & pulcherrimum sacrificium & cultum maximum existima, si ipse sis optimus sacris. & iustissimus. Maior enim spes est eiusmodi boni aliquid a Diis impetraturos, quam qui aras delubraque aedificant.

Omne peccatum sibi pena est.

Sine Deitimo leges non seruantur.

Sacris imcer sui numinis vindex est Deus. Quamuis enim pene maleficiis aliquando sera, nunquam tamen irrita sunt.

Impius in Deum erga homines iustus non est.

Facilius est condi urbem sine solo, quam opinione de Diis penitus sublata ciuitatem coire aut constare.

Bonus animus optimus.